Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pro quo proponitur scilicet pro
achab et benadab sic et pa-
bola ioathan filii ierobaal
que habetur iudicum ix° dix-
erunt omnia ligna ad ram-
num veni et impera super
nos de sublimitis et abi-
melech prout ibidem ple-
nius fuit dictum In hoc enim
consistit veritas parabole
que sit vera in sensu pro quo
ponitur aut ille statim ab-
stersit pulverem de facie sua
In hebreo habetur et amo-
vit pannum seu ligamentum
de facie sua ut cognitus a
rege parabolam ad propositum
applicaret dicens quod dimisis-
ti virum dignum morte propter
dei blasphemiam et eius
fiduciam contra benadab et
denunciatam ut eum exe-
quereris erit anima tua
morieris iste enim fuit i-
dem propheta qui denuncia-
verat sibi victoriam et di-
fidenciam de benadab Re-
versus est igitur rex israhel
in domum suam audita contem-
nens tamquam obstinatus
in malicia sua furibundus
Dicit autem iosephus quod
quia incarceravit prophetam
21 Post verba Capitulum xxi
hic primo additur
hic commination fac-
ta ipsi achab de
morte eius uxoris et
prolis Circa quod
sic proceditur primo quia
ponitur primo ipsius achab

nova prevaricatio secundo pene
comminatio ibi factus est igitur
3° executio seu inflictio capitulo
22° Nova prevaricatio ipsius
fuit quod licet pro quam multipliciter
deum offenderat per ydolatriam
in nocentem occidit propter
hereditatis sue concupis-
cenciam et patet littera usque
ibi propitius sit michi dominus
ne dem hereditatem patrum
meorum tibi pro precio vel
hereditate alia, terra enim is-
rahel proprie erat ipsius dei
propter quod non poterat simi-
liter vendi, sed solum usque ad
iubileum sicut habetur leviticus
24 et ideo nec illud concede-
batur in lege nisi in neces-
sitate. Naboth autem erat
dives propter quod non erat
compulsus hereditatem suam vende-
re rex etiam volebat eam ad
perpetuum habere et proiciens
se in lectulum suum etc. ex in-
dignatione et impacientia, et
hoc patet quia rex non poterat
accipere agros subditorum suorum
pro voluntate sua transgrediens auc-
toritatis et proprie loque-
batur quasi dicens ex regia po-
testate potes eam de facili
habere. Scripsit itaque litteras
ex nomine achab et signavit
eas annulo eius quia an-
tiquitus in annulis principum
erat impressio ad lit-
teras significandum et ex
hoc patet quod ille littere
de morte naboth fuerunt facte
et misse de eius scitu et